militem dilexit. Item placuit ſancto ſpiritui ideo quia corp⁹ eius quod fu
erat factum templum domini tanto odore totam alexandriam perfudit
quādo fuit tumulatū ita vt omnes vnde tanta ꝓcederet fragrantia mirarē
tur Scdo nota eius p̄mium ſiue felicitatē quam recepit ꝙ patet in hoc ꝙ
tranſlatus eſt ad celum vbi eſt vita ſine morte iuuentus ſine ſenectute. ſecu
ritas ſine timore. pax ſine diſcordia. diuicie ſine paupertate. gaudiuȝ ſine tur
batione Et hoc totuȝ habȝ in creatore ſuo ieſu xp̄o Et quia ieſum dilexit
tota trinitas ipſum dilexit. merito et nos ipſū diligere debem⁹ et hoc ꝓpt̄
noſtram vtilitateȝ quia ſuos dilectores in vita adiuuat et in morte et poſt
mortē. quare merito diligendus eſt beatus marcus In vita adiuuat ſicut
legitur de eo. Cum eni quadā vice naues veloci curſu ducerentur et naute
tempeſtate quaſſati et tenebris obuoluti quo ꝑgerent ignorarent Inuoca
to nomine ſancti marci mox eis affuit et quo pergere deberent indicauit.
mane facto iuxta terram ſe inuenerunt et ſic gratias agentes ei ad ꝓpria
ſunt reuerſi Item iuuat in morte ſicut legitur de ipſo. vnde cuȝ quadā vice
cuſtos eccleſie beati marci cāpanile aſcēdiſſet et q̄ddaȝ ꝯfractū ibi corrigē
vellet Statim ad terram corruit et nihil leſionis ſenſit qui cū mirarent̄ ōnes
dixit eis me cadentem ſanctus marcus ſuis manibus ſuſtentauit et me ī ter
ram leuiter depoſuit Item adiuuat poſt mortem Unde legitur de ipſo ꝙ
apud papiam in cōuentu ordinis predicatoꝝ fuit quidaȝ frater ſancte vite
iuuenis corpore ſed canus mente qui in infirmitate vltima laborans Cum
prior domus de ſtatu ſuo requiſiſſet et ille mortem vicinam intimaret ſtatiȝ
exhilaratus facie clamare cepit date locuȝ fratres quia anima mea ꝓſiliet
extra corpus Ecce ꝙ tam iocundos audiui cantus eleuatis ad celum
manibus clamare cepit Bene mihi ꝙ in illo ordine fui Nunc domine educ
de carcere animam meam inter hec leui ſompno obdormiens vidit beatuȝ
marcum ad ſe veniſſe et ſe iuxta loculum eius collocaſſe. et ait ad ipſum pri
or Quid hic marce facis et ille morientem iſtum acceſſi. quia deo eſt miniſte
riū ſuū acceptū et iterum vox ad eum. quare inter ceteros ſanctos tu veniſ
ti et ille quia ſpecialiter deuotionem ad me habuit et locum vbi corpus me
um quieſcit deuotione ſedula viſitauit Et ideo veni ad ipſum in hora exi/
tus ſui. Euigilans autem frater pro priore et pro fratribus miſit et om/
nia que viderat narrauit et cum gaudio magno obdormiuit.

Philippi et iacobi apoſtoloꝝ Sermo.

Stabunt iuſti in magna conſtancia aduer-
ſus eos q̄ ſe ang. ſap. v. In v̄bis iſtis notare poſſum⁹ ꝙ ſc̄m ꝯſue
tudinē ſtāē ſolēt miniſtri corā dn̄is ſuis ad miniſtrādū Secūdo ſtāē

ſolent pugiles contra hoſtes ſuos ad pugnandum Iſtis duobus modis
vult dominus vt ſtemus coram ipſo ſicut coram domino noſtro et primo
ad miniſtrandum Hoc figuratum habemus numeri tuodecimo vbi legi
tur. ꝙ dominns dixit ad moyſen. applica tribum leui ad me et fac eos ſt͛ē
vt miniſtrent mihi in tabernaculo meo. Iſti miniſtri debent eſſe mundi ita
vt nulla macula ſit in eis mortalis. Secundo ſtare ſolent pugiles ad pug
nandum et ad reſiſtenduꝫ hoſtibus ſuis. Sic et nos ſtare debemus contra
vitia et temptationes diabolicas reſiſtendo eis. Hoc figuratuꝫ habemus
machabeoꝝ quarto. vbi legitur ꝙ iudas machabeus qui fuit dux filiorū
iſrahel videns gorgiam cum ſuo exercitu contra ſe venire conuocatis ſuis
ſuis dixit. bellum teri contra nos nolite concupiſcere ſpolia eorum ſed con
ſtanter et ſtrennue contra inimicos veſtros pugnate. per iudam ſignificat͛
criſtus qui eſt dux filioꝝ iſrahel id eſt angeloruꝫ qui eſt etiam dux omniuꝫ
viuentium videns gloriam ideſt diabolum cuꝫ exercitu ſuo ideſt temptatō
nibus contra ſe venire. dicit ſeruis ſuis ſtate armati bonis operibus et ex
pugnate hoſtes veſtros ſcilicet mundū ⁊ carnem et diabolum. et hoc pro
peccatis reſiſtendo et cauendo ab eis ⁊ tunc eis deuictis ſumetis premia
celeſtia ſicut victores. taliter ſteterunt iſti duo apoſtoli philipp' et iacobus
Primo ſteterunt in miniſterio criſti per ſanctam vitam et mundam Et ide
o duo leguntur de eo in euangelio. Primo ꝙ portarius criſti fuit et curie
ſue ioh̄ duodecimo ꝙ gentiles volentes domino loqui. non venerunt ad
petrum vel andream vel alium apoſtolum ſed ſolūmodo ad philippum di
centes. volumus ieſum videre. Exquo viderunt ꝙ propter ſuam ſanctā
vitam in curia criſti manebat. Nam ſicut legitur in euangelio iohannis. ꝙ
cum maxima multitudo veniſſet ad criſtum de refectione illorum cum nul
lo apoſtolo tractabat niſi cū philippo colloq̄ū habuit dicens. vnde emem'
panes et cetera. Exquo videtur ꝙ criſtus ipſum in ſua congregatione ꝓ
curatorem conſtituit et ſic ſtetit. in miniſterio criſti Secundo ſtetit in pugna
criſti contra hoſtes fidei Vnde legitur de ipſo ꝙ cum viginti annis predi
caſſet a paganis tenebatur et ad imolanduꝫ ydolis conpellitur. tunc ſub
ito draco de ſtatua exiuit qui filium pontificis qui aſtabat interfecit. duos
qꝫ tribunos quorum miniſtri philippum detinebant extinxit ceteroſqꝫ ade/
o flatus ſui infecit vt omnes morbidi redderentur. dixitqꝫ philippus credi
te in criſtum et ydolum confringite vt infirmi veſtri ſanentur er mortui re
ſuſcitentur. tunc omnes clamabant fac vt ſanentur tūc apoſtolus criſti ad
peticionem populi draconi precepit. vt in locum ſuum deſcenderet et nulli
omnino noceret. poſt hoc omnes infirmos ſanauit et illos tres ſuſcitauit.
poſt hoc infideles ipſum tenuerunt et cruci ad inſtar magiſtri ſui quem pre
dicabat affixerunt et ſic ad dominum migrauit et in pugna fidei vſqꝫ ad
mortem ſtetit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf